Haec et similia multa contra Illuminatum tentata fuere,
quae sigillatim ipsi inter privata Academiae consilia enar-
ravit, et quid agendum foret tantis in molitionibus petijt;
Dixerunt omnes summa haec fieri fraude quae tamen, aut quem
in finem tenderet adhuc ignorabatur, ego tamen eam
existimo fuisse sententiam mentemque istorum, ut ea techna
Illuminatum abigerent, ut ita velut territus extra Ducis domum
alio se collocaret et tunc captionis liberior, tutiorque ansa pa-
teret, capere enim eum adhuc domi degentem eo in car-
cere, universae dedecus erat familiae. Neque etiam his qui-
evit impia ea gens omni carens quiete, verum innumerabi-
libus modo Caelivagum modo Illuminatum vexavere
astutijs, omnes enarrare dolos et fusiori calamo singulas
pertractare captiones nimis longum foret, apponam ali-
quas; Vexabatur Eclypsatus quotidianis Fulicarum confa-
bulationibus, qui miram contra ipsum auspicari Ducem
aiebant, ijsque nugis breviter ita territus, ut Inter-
ramnij considendi licentiam hac excusatione petierit;
Ut venia potiretur faciliori ait; fratres eius domestico
ipsius egere praesidio, eamque ob causam ab ijs domum
vocari, ostendit etiam litteras petitorias. Itera famulus
à consanguineis missus domum pervagari conspiciebatur,
quem etiam festinare magis adventum eius inquiebat.
Hoc multiplici undequaque ratione decessum eius esse ne-
cessarium Caelivago et Illuminato persuadebat. Ut u-
trumque in suam facillime commoveret sententiam,
eumque discedere concesserint quo maxime contra Sica-
rios agebant, abijt igitur Eclypsatus multis post Tar-
digradum diebus et Interamnium concessit, copioso
imbre iter ita impediente ut media nocte arrecto
devius itinere haerere inter silvas et pluvias co-
actus fuerit, quod tamen Lynceis displicuit eo in iti-
nere hoc fuit, quod alio tramite quam promiserat
discessum inchoaverit. Sed tunc contra Illuminatum
tota Fulicorum versutia est commutata, expulsisque iam
Tardigrado et Eclypsato Illuminati demolitionem ave-
bant, ipse vero sibi maxime praecavebat, et consueto
more raras apud Fulicos confabulationes habebat.
Caelivagus etiam non uno testabatur modo, omni insidia-
ri exponentes Lynceum deponere conventum, ut vero ab ijs